

pus aliquam partem mercurii in se hauserit. & concluserit: ipsum subtilia igne fortiori: donec ascendat albissimus pulvis, instar nivis, adhaerens spondilibus Aludel. Cinis vero, in fundo manens, est fex, & scoria vituperata abjicienda, in qua nil vitae habetur.

Prædicti mercurii meteorisati accipe unciam unam; misce cum septem uncias spiritus rectificari, non animati. Digere per biduum, in balneo; postea destilla per cineres, deinde per balneum, cum reiteratis cohabitiis; donec nullas relinquat feces. Tandem per quadraginta dies circula. Ulsus ejus ad tincturas metallorum, & lapidum elicendas.

Ex eodem mercurio & ejus oleo fit Elixir, ad desperatissimos quosque marbos pellendos, in hunc modum: Recipe hujus mercurii unciam unam: cui adde octavam partem sui ponderis olei rectificati: decoque in Athanore, per octiduum: postea imbibe, cum septima parte: & ut suprà, decoque: deinde cum sexta parte: tandem cum quinta, toties reiterando, donec materia fiat instar syrapi spissi, nec ulterius decoctione induretur. Tum per quadraginta dies decoque: & fiet lapis rubicundus, cuius dosis gran. unum, vel duo, in liquore appropriato

a qua